

www.e-rara.ch

Sancti Gregorii Papæ I. Cognomento Magni Liber Regulæ Pastoralis

Gregor

Augustæ Vindelicorum, MDCCLVII

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rm 93: f

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-54656>

Caput XXI. [- XXX.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

fortem sibi in novissimo (a) benedictionis amputant: quia dum per avaritiæ nequitiam hîc multiplicari appetunt, illic ab æterno patrimonio exheredes fiunt. Cùm vel plurima ambiunt, vel obtinere cuncta quæ ambierint possunt, audiant quod scriptum est: *Quid prodest homini si totum mundum lucratur, animæ verò suæ detrimentum faciat?* Ac si apertè Veritas dicat: *Quid prodest homini si totum quod extra se est congregat, si hoc ipsum solum quod ipse est, damnat?* Plerumque autem citiùs raptorum avaritia corrigitur, si in verbis admonentis quàm fugitiva sit præsens vita, monstretur: si eorum ad medium memoria deducatur, qui & ditari in hoc mundo diu conati sunt, & tamen in adeptis divitiis diu manere nequiverunt: quibus festina mors repentè & simul abstulit, quidquid eorum nequitia nec simul nec repentè congregavit: qui non solùm hîc rapta reliquerunt, sed secum ad iudicium causas rapinæ detulerunt. Horum itaque exempla audiant, quos in verbis suis proculdubio & ipsi condemnant: ut cùm post verba ad cor redeunt, imitari saltem quos iudicant, erubescant.

CAPUT XXI.

Quomodo admonendi qui aliena non appetunt, sed sua retinent; & qui sua tribuentes, aliena tamen rapiunt.

Adm. 22. **A**Liter admonendi sunt, qui nec aliena appetunt, nec sua largiuntur: atque aliter
Al. c. XLV.
 Qui nec

(a) Guffany. non minori errore, benedictione

aliter qui & ea quæ habent tribuunt, & aliena appetunt, tamen aliena rapere non desistunt. Adpetunt, monendi sunt qui nec aliena appetunt, nec nec sua sua largiuntur, ut sciant sollicitè quòd ea largiuntur: quomodo admonendi. de qua sumti sunt, cunctis hominibus terra communis est, & idcirco alimenta quoque omnibus communiter profert. Incastrum ergo se innocentes putant, qui commune Dei munus sibi privatum vindicant: qui cum accepta non tribuunt, in proximorum nece grassantur: quia tot pene In proximorum quotidie perimunt, quot morientium pauperum apud se subsidia abscondunt. Nam nece grassantur. cum quælibet necessaria indigentibus ministramus, sua illis reddimus, non nostra Eleemosyna opus largimur; justitiæ debitum potius solvimus, quàm misericordiæ opera implemus. est, non Unde & ipsa Veritas cum de misericordia misericordiæ cautè exhibenda loqueretur, ait: *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus.* *Matth. 6.*
 Cui quoque sententiæ etiam Psalmista concinens dicit: *Dispersit dedit pauperibus, justitia ejus manet in æternum.* *Pf. III. 9.* Cum enim largitatem impensam pauperibus præmississet, non hanc vocare misericordiam, sed justitiam maluit: quia quod à communi Domino tribuitur, justum profectò est, ut quicumque accipiunt, eo communiter utantur. Hinc etiam Salomon ait: *Qui justus est, tribuet & non cessabit.* *Prov. 21. 26.* Admonendi sunt quoque ut sollicitè attendant quòd ficulnea quæ fructum non habuit, contra hanc districtus agricola queritur, quòd etiam terram occupavit. Terram quippe ficulnea sine fructu occupat, quando mens tenacium hoc quòd prodesse multis poterat, inuti-

inutiliter servat. Terram ficulnea sine fructu occupat, quando locum quem exercere alius (a) per solem boni operis valuit, stultus per desidiæ umbram premit.

Vana denegantium eleemosynam excusatio.

Hi autem nonnumquam dicere solent: Concessis utimur, aliena non quærimus, & si digna misericordiæ retributione non agimus, nulla tamen perversa perpetramus. Quod idcirco sentiunt, quia videlicet aurem cordis à verbis cælestibus claudunt. *Luc. 16. v. 19. &c.* Neque enim dives in Evangelio, qui induebatur purpura & bysso, qui epulabatur quotidie splendide, aliena rapuisse, sed infructuosè propriis usus fuisse perhibetur, eumque post hanc vitam ultrix gehenna suscepit, non quia aliquid illicitum gessit, sed quia immoderato usu totum se licitis tradidit.

Deo cuncta nobis danti aliquid retribuendum.

Pf. 48. 8.

Luc. 3. 9.

Admonendi sunt tenaces, ut noverint quod hanc primam injuriam faciunt Deo, quia danti sibi omnia, nullam misericordiæ hostiam reddunt. Hinc enim Psalmista ait: *Non dabit Deo propitiationem suam, nec pretium redemptionis animæ suæ.* Pretium namque redemptionis dare, est opus bonum prævenienti nos gratiæ reddere. Hinc Johannes exclamat, dicens: *Jam securis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Qui ergo se innoxios, quia aliena non rapiunt æstimant, ictum secu-

(a) Carnot. primus, per sobolem boni operis; alii contradicunt, aliundeque legendum solem probat umbræ oppositio.

securis vicinæ prævideant, & torporem improvidæ securitatis amittant: ne cum ferre fructum boni operis negligunt, à præfenti vita funditus (a) quasi à viriditate radicis exsecentur.

At contra admonendi sunt, qui & ea quæ habent tribuunt, & aliena rapere non desistunt, (b) ne valde munifici videri appetant, & de boni specie deteriores fiant.

Hi etenim propria indiscretè tribuentes, Qui sua non solum ut supra jam diximus, ad impatientiæ murmurationem prouunt, sed cogente se inopia, usque ad avaritiam devolvuntur. Quid ergo eorum mente infelicius, quibus de largitate nascitur avaritia; & peccatorum seges quasi ex virtute seminatur? Priùs itaque admonendi sunt ut tenere sua rationabiliter sciant, & tunc demum ut aliena non ambient. Si enim radix culpæ in ipsa effusione non exuritur, numquam per ramos exuberans avaritiæ spina (c) ficcatur. Occasio ergo rapiendi subtrahitur, si bene priùs jus possidendi disponatur. Tunc verò admoniti audiant, quomodo quæ habent misericorditer tribuant, quando nimirum didicerunt ut bona misericordiæ per interjectam rapi-

tribuant,
& aliena
rapiunt,
qua ad
monitione
coercendi.

næ

(a) Corruptè Gullf *quasi ariditate radicis exsecentur*. Lectioni nostræ favent duo mss. S. Germ. & ceteri. Ratio quoque suffragatur; nam *exsecentur* optimè refertur ad ea quæ immediatè præmissa sunt: *ictum securis vicinæ prævideant*.

(b) Excusi, inconsultis mss. *ne dum valde munifici videri appetunt, de boni*.

(c) Carnot. secundus, *secatur*.

Eleemo-
syna ex
furto non
facienda.

- næ nequitiam non confundant. Violenter enim exquirunt quæ misericorditer largiuntur. Sed aliud est pro peccatis misericordiam facere, aliud pro misericordia facienda peccare: quæ jam nequaquam misericordia nuncupari potest; quia ad dulcem fructum non proficit quæ per virus pestiferæ radice amarescit. Hinc est enim quod ipsa etiam sacrificia per Prophetam
- Isai. 61. 8.* Dominus reprobatur, dicens: *Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto.* Hinc iterum dixit: *Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere.* Qui sæpe quoque & indigentibus subtrahunt, quæ Deo largiuntur. Sed quanta eos animadversio renuat, (a) per quemdam sapientem Dominus demonstrat, dicens: *Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.* Quid namque esse intolerabilius potest, quàm mors filii ante oculos patris? Hoc itaque sacrificium quantâ irâ aspiciatur ostenditur, quod orbi patris dolori comparatur. Et tamen plerumque quanta tribuunt, pensant: quanta autem rapiunt, considerare dissimulant. Quasi mercedem numerant, & perpendere culpas recusant.
- Aggæi 1. 6.* Audiant itaque quod scriptum est: *Qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum peritum*

(a) Duo priores Gemet. per Salomonem. In Trec. legitur, quemdam sapientem. At in marg. notatur eadem manu, *Aput Salomonem*, id est, *apud Sal.* nam in vet. mss. r. pro d. solet usurpari. Eadem nota legitur infra in hoc cod. in Admon. 31. ubi laudatur alius Ecclesiastici locus.

tusum. In sacco quippe pertuso videtur, quando pecunia mittitur: sed quando amittitur, non videtur. Qui ergo quanta largiuntur aspiciunt, sed quantum rapiunt non perpendunt, in pertuso sacco mercedes mittunt, quia profecto has (a) in spem suæ fiduciae intuentes congerunt, sed non intuentes perdunt.

CAPUT XXII.

Quomodo admonendi sunt discordes & pacati.

Aliter admonendi sunt discordes, atque aliter pacati. Discordes namque admonendi sunt ut certissime sciant quia quantilibet virtutibus polleant, spirituales fieri nullatenus possunt, si uniri per concordiam proximis negligunt. Scriptum quippe est: *Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax.* Qui ergo servare pacem non curat, ferre fructum spiritus recusat. Hinc Paulus ait: *Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis?* Hinc iterum quoque dicit: *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Hinc rursus admonens ait: *Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis: unum corpus & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae.* Ad unam ergo vocationis spem nequaquam pertingitur, si non ad eam unita cum proximis mente curratur. At saepe nonnulli quo quaedam specialiter dona

*Adm. 23.
AL. C. XLVI.
Aliter ad-
monendi
sunt dis-
cordes,
aliter pa-
cati.
Gal. 5. 22.
Quibus
rationibus
oppu-
gnandi
qui con-
cordiam
non fer-
vant.
1. Cor. 3. 3.
Hebr. 12.
14.
Ephes. 4. v.
3. & 4.*

(a) Laud. & primus Aud. in specie suæ fiduciae.
(b) Edi-

dona percipiunt, eo superbiendo donum concordiae quoddam majus est, amittunt: ut si fortasse carnem praeter ceteris gulae refrenatione quis edomat, concordare eis quos superat abstinendo contemnat. Sed qui abstinentiam à concordia separat, quid admoneat Psalmista perpendat; ait enim: *Laudate eum in tympano & choro.* In tympano namque sicca & percussa pellis resonat: in choro autem (a) voces societate concordant. Quisquis itaque corpus affigit, sed concordiam deserit, Deum quidem laudat in tympano, sed non laudat in choro. Saepè verò dum quosdam major scientia erigit, à ceterorum societate disjungit, & quasi quo plus sapiunt, eo à concordiae virtute desipiscunt. Hi itaque audiant quid per semetipsam Veritas dicat: *Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos.* Sal quippe sine pace non virtutis est donum, sed damnationis argumentum. Quo enim quisque melius sapit, (b) eo deterius delinquit: & idcirco inexcusabiliter merebitur supplicium, quia prudenter si voluisset, potuit vitare peccatum. Quibus rectè quoque per Jacobum dicitur: *Quòd si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in corde vestro, nolite gloriari, & mendaces esse adversum veritatem. Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Quae autem desursum est sapientia primum*

(a) Editoribus magis placuit, *voces sociata*, in vitis omnibus mss. nostris.

(b) *Laud. eo concordiam deserens deterius delinquit.*

(a) Corb.

mim quidem pudica est, deinde pacifica. Pudica videlicet, quia castè intelligit; pacifica autem, (a) quia per elationem se minimè à proximorum societate disjungit. Admonendi sunt dissidentes, ut noverint quòd tamdiu nullum boni operis Deo sacrificium immolant, quamdiu à proximorum caritate discordant. Scriptum namque est: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus Matth. 5. habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.* Ex qua scilicet præceptione pensandum est, quorum hostia repellitur, quàm intolerabilis culpa monstratur. Nam cum mala cuncta bonis sequentibus diluantur, pensamus quanta sint mala discordiæ, quæ nisi extincta funditus fuerit, bonum subsequi non permittunt. Admonendi sunt discordes, ut si aures à mandatis cælestibus (b) declinant, mentis oculos ad considerata ea quæ in infimis versantur, aperiant: quòd sæpe aves unius ejusdemque generis sese socialiter volando non deferunt, & quòd gregatim animalia bruta pascuntur. Quia si solerter aspicimus, concordando sibi irrationalis natura indicat, quantum malum per discordiam rationalis natura committat, quando hæc (c) à rationis intentione

Diffidentium oblationes Deus respuit.

(a) Corb. quia prælatione.

(b) Corb. non declinant.

(c) Laud. & Val-cl. cum rationis. Et quidem sensu

tione perdidit, quodd illa motu naturali custodiat.

Monita
pacificis
cultoribus
præbenda.

Joban. 14.
27.

Pacis
amor ze-
lum &
constan-
tiam non
inflectat.

At contra admonendi sunt pacati, ne dum plus quam necesse est, pacem quam possident amant, ad perpetuam pervenire non appetant. Plerumque enim gravius intentionem mentium rerum tranquillitas tentat: ut quo non sunt molesta quæ tenent, eo minus amabilia fiant quæ vocant: & quo delectant præsentia, eo non inquirantur æterna. Unde & per semetipsam Veritas loquens, cum terrenam pacem à superna distingueret, atque ad venturam discipulos ex præsentia provocaret, ait: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Relinquo scilicet transitoriam, do mansuram. Si ergo in ea cor, quæ relicta est, figitur, numquam ad illam quæ danda est, pervenitur. Pax igitur præfens ita tenenda est, & ut diligi debeat & contemni: ne si immoderatè diligitur, diligentis animus in culpa capiatur. Unde & admonendi sunt pacati, ne dum nimis humanam pacem desiderant, pravos hominum mores nequam redarguant: & consentiendo perversis, ab auctoris sui se pace disjungant: ne dum humana foras jurgia metuunt, interni fœderis (a) discissione feriantur. Quid est enim pax transitoria, nisi quoddam vestigium pacis æternæ? Quid ergo esse dementiùs potest, quam vestigia in pulvere impressa diligere, sed ipsum à quo impressa sunt,

sentiu meliori. Cogimur tamen sequi Trec. & ceteros cod. tum manu exaratos, tum excusos.

(a) Bely. & duo priores Carn. *discissione.*

(a) Hic

sunt, non amare? Hinc David dum totum se ad fœdera pacis internæ confringeret, testatur quòd cum malis concordiam non teneret, dicens: *Nonne qui te oderunt, Deus, oderam illos, & super inimicos tuos ta-* Pf. 138. v. 21. & 22.
besceram? Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. Inimicos etenim Dei perfecto odio odisse, est & quod facti sunt diligere, & quod faciunt increpare: mores pravorum premere, vitæ prodesse.

Pensandum ergo est, quando ab increpatione quiescitur, quantâ culpâ cum pe- Ab increpandis victimis quiescere
 fimis pax tenetur; si Propheta tantus hoc velut in hostiam Deo obtulit, quod contra se pro Domino pravorum inimicitias excitavit. Hinc est quòd tribus Levi affumtis gladiis per castrorum media transiens, quia feriendis noluit peccatoribus parcere, Deo manus dicta est consecrassè. quanta culpa. Exod. 32. v. 27. & c.
 Hinc Phinees peccantium civium gratiam Num. 25. spernens, coeuntes cum Madianitis percudit, & iram Domini iratus placavit. 9.
 Hinc per semetipsam Veritas (a) dicit: *Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in* Matth. 10. 34.
terram. Non veni pacem mittere, sed gladium. 34.
 Malorum namque cum incautè amicitiiis jungimur, culpis ligamur. Unde Josaphat, qui tot de anteaacta vita præconiis attollitur, de Achab regis amicitiiis pene periturus increpatur. Cui à Domino per Prophetam dicitur: *Impio præbes auxilium,* 2. Par. 19. his 24.

(a) Hic restituimus textum Evang. magnâ ex parte mutilum in editis; duorum Germ. Belvac. Tre c. &c. ope.

his qui oderunt Dominum, amicitia jungeris? & idcirco iram quidem Domini merebaris, sed bona opera inventa sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Juda. Ab illo enim qui summe rectus est, eo ipso jam discrepat, quo perversorum amicitia vita nostra concordat. Admonendi sunt pacati, ne si ad correptionis verba profiliant, temporalem pacem sibi perturbare formident. Rursumque admonendi sunt, ut eandem pacem dilectione integra intrinsecus teneant, quam per invectionem vocis sibi extrinsecus turbant. Quod utrumque providè se David servasse perhibet, cum dicit:

Pf. 119. 7.
In incre-
patione,
pax intus
servanda.

Rom. 12.
18.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Ecce & loquens impugnabatur; & tamen impugnatus, erat pacificus: quia nec infanientes cessabat reprehendere, nec reprehensos negligebat amare. Hinc etiam Paulus ait: Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Hortaturus enim discipulos ut pacem cum omnibus haberent præmisit, dicens: Si fieri potest, atque subjunxit: Quod ex vobis est. Difficile quippe erat, ut si malè acta corripere, habere pacem cum omnibus possent. Sed cum temporalis pax in pravorum cordibus ex nostra increpatione confunditur, inviolata necesse est ut in nostro corde fervetur. Rectè itaque ait: Quod ex vobis est. Ac si nimirum dicat: Quia pax ex duarum partium consensu subsistit, si ab eis qui corripuntur, expellitur, integra tamen in vestra qui corripitis mente teneatur. Unde idem rursum discipulos admo-

admonet dicens: *Si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate: & non commisceamini cum illo, ut confundatur.* Atque illico adjunxit: *Et nolite ut inimicum existimare illum, sed corripite ut fratrem.* Ac si diceret: Pacem cum eo exteriorem solvite, sed interiorem circa illum medullitus custodite: ut peccantis mentem sic vestra discordia feriat, quatenus pax à cordibus vestris nec abnegata discedat.

2. Theff. 3.

14.

Ibid. v. 15.

CAPUT XXIII.

Quomodo admonendi qui jurgia serunt, & pacifici.

ALiter admonendi sunt feminantes jurgia, atque aliter pacifici. Admonendi namque sunt qui jurgia feminant, ut cuius sint sequaces agnoscant. De apostata quippe Angelo scriptum est, cum bona messi (a) inserta fuisset zizania: *Inimicus homo hoc fecit.* De cujus etiam membro per Salomonem dicitur: *Homo apostata, vir inutilis; graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia seminatur.* Ecce, quem seminantem jurgia dicere voluit, prius apostatam nominavit; quia nisi more superbientis Angeli à conspectu Conditoris prius intus averfione mentis caderet, foras postmodum usque ad seminanda

Adm. 24.

AL. c.

XLVII.

Jurgia feminantibus quid dicendum.

Matth. 13.

28.

Prov. 6.

12.

Diaboli discipuli sunt & filii.

(a) In Laud. & tertio Gemet. inserta fuissent zizania. In Trec. & aliis zizania usurpatur in singulari.

nanda jurgia non veniret. Qui rectè describitur quòd annuit oculis, digito loquitur, terit pede. Interior namque est custodia, (a) quæ ordinata servat exterius membra. Qui ergo statum mentis perdidit, subsequenter foras in inconstantiam motionis fluit, atque exteriori mobilitate indicat, quòd nulla interiùs radice subsistat. Audiant jurgiorum seminatores quod scriptum est: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Atque è diverso colligant, quia si filii Dei vocantur qui pacem faciunt, proculdubio satanæ sunt filii qui confundunt. Omnes autem, qui per discordiam separantur à viriditate dilectionis, arefiunt. Qui etsi boni operis fructus in suis actionibus proferunt, profectò nulli sunt, quia non (b) ex unitate caritatis oriuntur. Hinc ergo perpendant seminantes jurgia, quàm multipliciter peccant: qui dum unam nequitiam perpetrant, ab humanis cordibus cunctas simul virtutes eradicant. In uno enim malo innumera peragunt: quia seminando discordiam, caritatem quæ nimirum virtutum omnium mater est, extinguunt. Quia autem nihil pretiosius est Deo virtute dilectionis; nil est desiderabilius diabolo extinctione caritatis. Quisquis ergo seminando jurgia dilectionem proximorum perimit, hosti Dei familiarius fervit: quia qua ille amissa cecidit, hanc iste vulneratis cordibus subtrahens, eis iter ascensionis abscidit.

Hosti Dei
militant.

At

(a) Carnot primus & Theod. quæ ornata.

(b) Laud. ex virtute caritatis.

(a) Gi-

At contra admonendi sunt pacifici, ne Quibus
 tantæ actionis pondus levigent, si inter monitis
 quos fundare pacem debeant, ignorent. muniendi
 Nam sicut multum nocet si unitas desit bo- sunt paci-
 nis: ita valde est noxium si non desit ma- fici.
 lis. Si ergo perverforum nequitia in pace Inter ma-
 jungitur, profectò eorum malis actibus ro- los con-
 bur augetur: quia quo sibi in malitia con- cordia
 gruunt, eo se robustius bonorum afflictio- quàm no-
 nibus illidunt. Hinc namque est quòd (a) xia.
 contra damnati illius vasis, videlicet An-
 tichristi prædicatores, divina voce beato
 Job dicitur: *Membra carniùm ejus coherentia Job. 41.*
sibi. Hinc sub squamarum specie de ejus 14.
 fatellitibus perhibetur: *Una uni conjungitur, Ibid. v. 7.*
 & *ne spiraculum quidem incedit per eas.* Se-
 quaces quippe illius quo nulla inter se dis-
 cordiæ adversitate divisi sunt, eo in bono-
 rum gravius nece glomerantur. Qui ergo
 iniquos pace sociat, iniquitati vires admi-
 nistrat: quia bonos deterius deprimunt,
 quos & unanimiter persequuntur. Unde Paulus in-
 prædicator egregius gravi Phariseorum ter Sad-
 Sadducæorumque persecutione deprehen- ducaos
 sus, inter semetipsos dividere studuit, quos & Phari-
 contra se graviter unitos vidit, cum cla- seos di-
 mavit, dicens: *Viri fratres, ego Phariseus cordiam*
sum, filius Phariseorum, de spe & resurrectione Act. 23. 6.
ne mortuorum ego judicor. Dumque Saddu-
 cæi

(a) Gilot. & alii recent. *contra damnati illius va-
 sa*; reluctantibus mss. Trec. German. Belvac. &c.
 imò repugnante sanctissimo doctore, qui solet
 Antichristum vas diaboli appellare. Vide lib. 32.
 Moral. num. 22. Hic autem editoribus placet pec-
 catores Antichristi vasa nuncupare.

cæi spem resurrectionemque mortuorum esse denegarent, quam Pharifæi juxta sacri eloquii præcepta crederent, facta in persecutorum unanimitate dissenfio est, & diuifâ turbâ illæfuf Paulus exiuit, quæ hunc unita priùs immaniter preffit. Admonendi itaque funt qui faciendæ pacis ftudiis occupantur, ut pravorum mentibus priùs amorem debeant internæ pacis infundere, quatenus eis postmodum valeat exterior pax prodeffe: ut dum eorum cor in illius (a) cognitione fufpenditur, nequaquam ad nequitiam ex hujus perceptione rapiatur: dumque (b) fupernam provident, terrenam nullo modo ad ufum fuæ deteriorationis inclinent. Cùm verò perversi quique tales funt, ut nocere bonis nequeant, etiamfi concupifcant, inter hos nimirum debet terrena pax conftitui & priusquam ab eis valeat fuperna cognofci: ut hi fcilicet quos contra dilectionem Dei malitia fuæ impietatis exafperat, faltem ex proximi amore manfuefcant: & quafi è vicino ad melius tranfeant, ut ad illam quæ à fe longè eft, pacem Conditoris afcendant.

CAPUT XXIV.

Quomodo admonendi rudes in doctrina facra, & docti, fed non humiles.

*Adm. 25,
Al. c.
XLVIII.
Qualiter*

(c) **A**liter admonendi funt qui facræ Legis verba non rectè intelligunt: atque

(a) Duo-Gemet. priores, *cogitatione.*

(b) Corb. & tertius Gemet. *fuperna . . . terrena;* optimè *fupernam*, fc. pacem.

(c) Laud. & Corb. *Aliter admon. enim funt.*

atque aliter qui rectè quidem intelligunt, sed hæc humiliter non loquuntur. Admonendi enim sunt qui sacræ Legis verba non rectè intelligunt, ut perpendant, quia saluberrimum vini potum in veneni sibi poculum vertunt, ac per medicinale ferrum vulnere mortali se feriunt, dum per hoc in se sana perimunt, per quod salubriter abscindere fauciata debuerunt. Admonendi sunt, ut perpendant quò Scriptura sacra in nocte vitæ præsentis quasi quædam nobis lucerna sit posita, cujus nimirum verba dum non rectè intelligunt, de lumine tenebescunt. Quos videlicet ad intellectum pravum intentio perversa non raperet, nisi prius superbia inflaret. Dum enim se præ ceteris sapientes arbitrantur, sequi alios ad meliùs intellecta despiciunt: atque ut apud imperitum vulgus scientiæ sibi nomen extorqueant, student summo-
 pere & ab aliis rectè intellecta destruere, & sua perversa roborare. Unde bene per Prophetam dicitur; *Secuerunt prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum.* Galaad namque acervus testimonii interpretatur. Et quia cuncta simul congregatio Ecclesiæ per confessionem servit testimonio veritatis, non incongruè per Galaad Ecclesia exprimitur, quæ ore cunctorum fidelium, de Deo quæque vera sunt testatur. Prægnantes autem vocantur animæ, quæ intellectum verbi ex divino amore concipiunt, si ad perfectum tempus veniant, conceptam intelligentiam operis ostensione parituræ. Terminum verò suum dilatare, est opinionis suæ nomen

admonendi qui sanctam Scripturam rectè non intelligunt.

Malè intellecta in tenebris vertitur. Non intelligentium rectè superbia.

Amos 1. 13.

Hi sunt
hæretici.

extendere. Secuerunt ergo prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum: quia nimirum hæretici, mentes fidelium quæ jam aliquid de veritatis intellectu conceperant, perversa prædicatione perimunt, & scientiæ sibi nomen extendunt. Parvulorum corda jam de verbi conceptione gravida, erroris gladio scindunt, & quasi doctrinæ sibi opinionem faciunt. Hos ergo cum conamur instruere ne perversa sentiant, admoneamus prius necesse est, ne inanem gloriam quærant. Si enim radix elationis absciditur, consequenter rami pravæ assertionis arescunt. Admonendi sunt etiam, ne errores discordiasque generando, legem Dei quæ idcirco data est ut sacrificia satanæ prohibeat, eandem ipsam in satanæ sacrificium vertant. Unde per Prophetam Dominus queritur, dicens:

Osee. 2. 8. *Dedi eis frumentum, vinum, & oleum, & argentum multiplicavi eis & aurum, quæ fecerunt Baal.* Frumentum quippe à Domino accipimus, quando in dictis obscurioribus subducto tegmine litteræ per medullam spiritus Legis interna sentimus. Vinum suum Dominus nobis præstat, cum Scripturæ suæ alta prædicatione nos debriat. Oleum quoque suum nobis tribuit, cum præceptis apertioribus vitam nostram blanda lenitate disponit. Argentum multiplicat, cum nobis luce veritatis plena eloquia subministrat. Auro quoque nos dicit, quando cor nostrum intellectu summi fulgoris irradiat. Quæ cuncta hæretici Baal offerunt: quia apud auditorum suorum corda corruptè omnia intelligendo perver-

Hæc diabolo hæretici offerunt.

pervertunt. Et de frumento Dei, vino atque oleo, argento pariter & auro, fatanæ sacrificium immolant: quia ad errorem discordiæ verba pacis inclinant. Unde admonendi sunt ut perpendant, quia dum perversa mente de præceptis pacis discordiam faciunt, iusto Dei examine ipsi de verbis vitæ moriuntur.

At contra admonendi sunt qui rectè quidem verba Legis intelligunt, sed hæc humiliter non loquuntur; ut in divinis sermonibus prius quàm aliis eos proferant, semetipsos requirant, ne insequentes aliorum facta, se deserant: & cum rectè cuncta de sacra Scriptura sentiunt, hoc solum quod per illam contra elatos dicitur, non attendant. Improbus quippe & imperitus est medicus, qui alienum mederi appetit: & ipse vulnus quod patitur nescit. Qui igitur verba Dei humiliter non loquuntur, profectò admonendi sunt, ut cum medicamina ægris apponunt, prius virus suæ pestis inspiciant, (a) ne alios medendo ipsi moriantur. Admoneri debent, ut considerent, ne (b) à virtute dicti, dicendi qualitate discordent, ne loquendo aliud, & ostendendo aliud prædicent. Audiant itaque quod scriptum est: *Si quis loquitur, quasi sermones Dei.* Qui ergo verba quæ

Quomodo admonendi, qui sacram Scripturam rectè intelligentes, non humiliter prædicant. Imperitus est medicus qui suum nec sciens, alienum vulnus curare vult. I. Petr. 4. 11.

(a) Trec. & alii mss. unanimiter ira habent, quod recentiores mutarunt in. *aliis medendo.*
 (b) Eadem libertate, spretis mss. Gilot. & alii recent. habent, à *virtute dicendi, vivendi qualitate discordent, vel, à virtute dicti, vivendi, &c.*

- proferunt, ex propriis non habent, cur quasi de propriis tument? Audiant quod scriptum est: *Sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur.* Ex Deo enim coram Deo loquitur, qui prædicationis verbum & quia à Deo accepit intelligit, & placere per illud Deo non hominibus quærit. Audiant quod scriptum est: *Abominatio Domini est omnis arrogans.* Quia videlicet dum in verbo Dei gloriam propriam quærit, jus dantis invadit: eumque laudi suæ postponere nequaquam metuit, à quo hoc ipsum quod laudatur accepit. Audiant quod prædicatori per Salomonem dicitur: *Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas divide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui.* Aquam quippe prædicator de cisterna sua bibit, cum ad cor suum rediens, prius audit ipse quod dicit. Bibit sui fluenta putei, si sui irrigatione verbi infunditur. Ubi bene subjungitur: *Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas divide.* Rectum quippe est ut ipse prius bibat, & tunc prædicando aliis influat. Fontes namque foras derivare, est exterius aliis vim prædicationis infundere. In plateis autem aquas dividere, est in magna auditorum amplitudine juxta uniuscujusque qualitatem divina eloquia dispensare. Et quia plerumque inanis gloriæ appetitus subrepat dum sermo Dei ad multorum notitiam currit, postquam dictum est: *In plateis aquas divide,* rectè subjungitur: *Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui.* Alienos
2. Cor. 2.
17.
- Prov. 16
15.
- Prov. 5.
15.
- Ad cor
suum re-
deat præ-
dicator.
- Ibid. v. 16.
- Caveat fa-
tanæ ser-
vire per-
elatio-
nem.
- Ibidem

nos quippe malignos spiritus vocat, de quibus per Prophetam tentati hominis voce dicitur: *Alieni insurrexerunt in me, & Pf. 53. 5. fortes quæsierunt animam meam.* Ait ergo: Aquas & in plateis divide, & tamen solus habe. Ac si apertius dicat: Sic necesse est ut prædicationi exterius servias, quatenus per elationem te immundis spiritibus non jungas: ne in divini verbi ministerio hostes tuos ad te participes admittas. Aquas ergo & in plateis dividimus, & tamen soli possidemus, quando & exterius latè prædicationem fundimus, & tamen per eam humanas laudes assequi minimè ambimus.

CAPUT XXV.

Quomodo admonendi qui officium prædicationis nimia humilitate detrectant, & qui præcipiti festinatione occupant.

ALiter admonendi sunt qui cùm prædicare dignè valeant, præ nimia humilitate formidant: atque aliter admonendi sunt quos à prædicatione imperfectio vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit. Admonendi namque sunt qui cùm prædicare utiliter possunt, immoderata tamen humilitate refugiunt; ut ex minori consideratione colligant, quantum in majoribus rebus delinquant. Si enim indigentibus proximis ipsi quas haberent pecunias absconderent, (a) adjutores proculdubio cala-

*Adm. 26.
AL C XLIX.
Hi qui præ humilitate prædicare metuntur quomodo cohortandi.*

(a) Laudun. auctores.

(a) Car-

Scelus est
verbi panem esu-
rientibus
denegare.

Eccli. 20.

32.

Prov. 11.

26.

Et ægris
medelam.

Jer. 48.

10.

calamitatis extitissent. Quo ergo reatu constringantur aspiciant, qui dum peccantibus fratribus verbum prædicationis subtrahunt, morientibus mentibus vitæ remedia abscondunt. Unde & bene quidam sapiens dicit: *Sapientia abscondita & thesaurus (a) invisus, quæ utilitas in utrisque?* Si populos fames attereret, & occulta frumenta ipsi fervarent, (b) auctores proculdubio mortis existerent. Qua itaque plectendi sunt pœna considerent, qui cum fame verbi animæ pereant, ipsi panem perceptæ gratiæ non ministrant. Unde & bene per Salomonem dicitur: *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis.* Frumenta quippe abscondere, est prædicationis sanctæ apud se verba retinere. In populis autem talis quisque maledicetur; quia in folius culpa silentii pro multorum quos corrigere potuit pœna damnatur. Si medicinalis artis minimè ignari secandum vulnus cernerent, & tamen secare recusarent, profectò peccatum fraternæ mortis ex solo torpore committerent. Quanta ergo culpa involvantur aspiciant, qui dum cognoscunt vulnera mentium, curare ea negligunt sectione verborum. Unde & bene per Prophetam dicitur: *Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.* Gladium quippe à sanguine prohibere, est prædicationis verbum à carnalis vitæ interfectione reti-

(a) Carnot. primus, & primus Aud. *absconditui.*

(b) Gemet. & pl. Norm. *exactores.*

(a) Ge-

retinere. De quo rursus gladio dicitur:
Et gladius meus (a) manducabit carnes.

Deut. 32

42.

Hi itaque cum apud se sermonem præ-
 dicationis occultant, divinas contra se sen-
 tentias terribiliter audiant, quatenus ab
 eorum cordibus timorem timor expellat.

Audiant quod talentum qui erogare no- Talentum
 luit, cum sententia damnationis amisit. abscon-

Audiant quod Paulus eo se à proximorum denis pœ-
 sanguine mundum credidit, quo ferendis na.

eorum vitiis non pepercit, dicens: Conte- Marb. 25.

stor vos hodierna die, quia mundus sum à san- v. 24. Sc.

guine omnium: non enim subterfugi quominus Act. 20 v.

annuntiarem omne consilium Dei vobis. Au- 26. & 27.

diant quod voce angelica Johannes admo-

netur, cum dicitur: *Qui audit, dicat: Ve-* Apoc. 22.

ni. Ut nimirum cui se vox interna insi- 17.

nuat, illuc etiam clamando alios quod ipse

rapitur trahat; ne clausas fores etiam vo-

catu inveniatur, si vocanti vacuus appro-

pinquat. Audiant quod Isaias quia à verbi

ministerio tacuit, illustratus superno lumi-

ne, magna voce pœnitentiæ se ipse repre-

hendit, dicens: *Væ mihi quia tacui.* Væ tacen-

diant quod per Salomonem in illum præ- tibus Pa-

dicationis scientia multiplicari promittitur, storibus.

qui in hoc quod jam obtinuit, torporis vi- Isai. 6. 5.

tio non tenetur. Ait namque: *Anima que* Prov. 11.

benedicit, impinguabitur: & qui inebriatur, ipse 25.

quoque inebriabitur. Qui enim exterius præ-

dicando benedicit, interioris augmenti pin-

guedinem recipit: & (b) dum vino eloquii

audi-

(a) Gemet. cum primo Aud. *devorabit.*

(b) Corb. & alii à Guff. visi, *dum divino eloquio,*

auditorum mentem debriare non desinit, potu multiplicati muneris debriatus excrefcit. Audiant quòd David hoc Deo in munere obtulit, quòd prædicationis gratiam quam acceperat non abscondit, dicens:

*Pf. 39. v. Ecce labia mea non prohibebo, Domine tu cogno-
10. & 11. uisti: iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi.*

Audiant quòd sponsi colloquio ad sponsam dicitur: *Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.*

Ecclesia quippe in hortis habitat, quæ ad viriditatem intimam exulta plantaria virtutum servat. Cujus vocem amicos auscultare, est electos quosque verbum prædicationis illius desiderare: quam videlicet vocem sponsus audire desiderat, quia ad prædicationem ejus per electorum suorum animas anhelat. Audiant quòd Moyfes cum irascentem Deum populo cerneret, & assumi ad ulciscendum gladio juberet; illos à parte Dei denuntiavit existere, qui delinquentium scelera incunctanter ferirent, dicens:

*Exod. 32. Si quis Domini est, jungatur mihi: ponat vir
27. gladium super femur suum: ite & redite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.*

Gladium quippe super femur ponere, est prædicationis studium voluptatibus carnis anteferre: ut cum sancta quis studet dicere, curet necesse est illicitas suggestiones edomare. De porta verò usque ad portam ire, est à vitio usque ad vitium per quod ad mentem mors ingreditur, increpando discurrere. Per medium verò castrorum transire, est tanta æqualitate

tate intra Ecclesiam vivere, ut qui delinquentium culpas redarguit, in nullius se debeat favorem declinare. Unde & rectè subjungitur: *Occidat vir fratrem, & amicum, & proximum suum.* Fratrem scilicet & amicum & proximum interficit, qui cum puniendi invenit, ab increpationis gladio nec eis quos per cognationem diligit, parcit. Si ergo ille Dei dicitur qui ad ferienda vitia zelo divini amoris excitatur: profectò esse se Dei denegat, qui in quantum sufficit, increpare vitam carnalium recusat.

At contra admonendi sunt quos à prædicacionis officio vel imperfectio, vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit: ne dum tanti sibi onus officii præcipitacione arrogant, viam sibi subsequenti meliorationis abscedant; & cum arripiunt intempestivè quod non valent, perdant etiam quod implere quandoque tempestivè potuissent: atque scientiam, quia incongruè conantur ostendere, justè ostendantur amississe. Admonendi sunt ut considerent, quòd pulli avium si ante pennarum perfectionem volare appetant, unde ire in alta cupiunt, inde in ima merguntur. Admonendi sunt ut considerent, quòd structuris recentibus necdum solidatis, (a) si tignorum pondus superponitur, non habitaculum, sed ruina fabricatur. Admonendi sunt ut considerent, quòd conceptas soboles feminae si priusquam plenè formentur

Quomodo coercedi qui ad prædicandi officium immaturi profiliunt.

(a) Corb. si lignorum.

M

(a) Laud.

tur proferunt, nequaquam domos, sed tumulos replent. Hinc est enim quòd ipsa Veritas, quæ repentè quos vellet roborare potuisset; ut exemplum sequentibus daret, ne imperfecti prædicare præsumerent, postquam plenè discipulos (a) de virtute prædicationis instruxit, illico adjunxit:

Luc. 24. 49. Vos autem sedete in civitate quoadusque induamini virtute ex alto. In civitate quippe confidemus, si intra mentium nostrarum nos claustra constringimus, ne loquendo exterius evagemur: ut cum virtute divina perfectè induimur, tunc quasi à nobismetipsis foras etiam alios instruentes exeamus.

Eccli. 32. 10. Hinc per quemdam sapientem dicitur: Adolescens loquere in causa tua vix: & si bis interrogatus fueris, habeat initium responsio tua.

Hinc est quod idem Redemptor noster, cum in cælis sit conditor, & ostensione suæ potentiae semper doctor Angelorum, ante tricennale tempus in terra magister noluit fieri hominum: ut videlicet præcipitatis vim saluberrimi timoris infunderet, cum ipse etiam qui labi non posset, perfectæ vitæ gratiam non nisi perfecta ætate prædicaret. Scriptum quippe est: *Cum factus esset annorum duodecim, remansit puer Jesus in Jerusalem.* De quo à parentibus requi-

Luc. 2. 42. suto, paulò post subditur: Invenierunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos & interrogantem. Vigilanti itaque consideratione pensandum est, quòd cum Jesus annorum duodecim dicitur in medio docto-

(a) Laud. de virtutis prædicatione.

(a) Ge-

doctorum sedens, non docens, sed inter-Christus
rogans invenitur. Quo exemplo scilicet puer in
ostenditur, ne infirmus docere quis audeat, medio do-
si ille puer doceri interrogando voluit, etorum se-
qui per divinitatis potentiam verbum scien- dens, non
tiæ ipsis suis doctoribus ministravit. Cum docet, sed
verò per Paulum discipulo dicitur: *Præcipe* interro-
gat.

hæc & doce: nemo adolescentiam tuam contemnat: 1. Tim. 4.
sciendum nobis est, quia in sacro eloquio 12.

aliquando adolescentia juvenus vocatur.

Quòd citius ostenditur, si Salomonis ad Adoles-
medium verba proferantur, qui ait: *Læ- scentia
tare juvenis in adolescentia tua.* Si enim utra- quando
que unum esse non decerneret, quem mo- que juven-
nebat in adolescentia, juvenem non vo- tus voca-
caret. rur.
Eccl. II. 9.

CAPUT XXVI.

*Quomodo admonendi quibus omnia ex sen-
tentia succedunt, & quibus nulla.*

ALiter admonendi sunt qui in hoc quod *Adm. 27.*
temporaliter appetunt, prosperantur: *AL. c L.*
atque aliter qui ea quidem quæ mundi sunt *Aliter ad-*
concupiscunt, sed tamen adversitatis labore *monendi*
fatigantur. Admonendi namque sunt qui *qui pro-*
in hoc quod temporaliter appetunt, pro- *spers re-*
sperantur; ne cum cuncta ad votum sup- *bus utun-*
petunt, dantem quærere negligant; (a) *tur, aliter*
sed in his quæ dantur, animum figant: ne *lis.*
peregrinationem pro patria diligant, ne
subsidia itineris in obstacula perventionis
ver-

(a) Gemeticenses, sed à quo dantur animo figant.
Alii Norm. cum tercio Carnot. *p. ut bis quæ &c.*

vertant, ne nocturno lunæ lumine delectati, claritatem solis videre refugiant. Admonendi itaque sunt, ut quæque in hoc mundo consequuntur, calamitatis solatia, non autem præmia retributionis credant: sed contra favores mundi mentem erigant, ne in eis ex tota cordis delectatione succumbant. Quisquis enim prosperitatem qua utitur, apud iudicium cordis, melioris vitæ amore non reprimat, favorem vitæ transeuntis in mortis perpetuæ occasionem vertit. Hinc est enim quoddam sub Idumæorum specie, qui vincendos (a) se prosperitati suæ reliquerunt, in hujus mundi successibus lætantes increpantur cum dicitur: *Dederunt terram meam sibi in hereditatem cum gaudio, & toto corde, & ex animo.* Quibus verbis perpenditur, quoddam non solum quia gaudeant, sed quoddam toto corde & ex animo gaudeant, districta reprehensione feriantur. Hinc Salomon ait: *Aversio parvulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos.* Hinc Paulus admonet dicens: *Qui emunt, tamquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur.* Ut videlicet sic nobis quæ superpetunt, exterius serviant, quatenus à supernæ (b) delectationis studio animum non inflectant: ne luctum nobis internæ peregrinationis temperent ea quæ in exilio positis

Tempora-
lia bona
calamita-
tis sunt so-
latia, non
præmia.

Ezech. 36.
5.

Prov. 1.32.

1. Cor. 7.
30.

His uten-
dum, non
fruendum.

(a) Corb. Belv. & duo priores Carnot. se prosperitate sua.

(b) Belv. primus & tertius Carn. Rotom. Lyr. Val-cl. dilectionis.

fitis subsidium præbent: & quasi felices in transitoriis nos gaudeamus, qui ab æternis (a) nos interim miseros cernimus. Hinc namque est quòd electorum voce dicit Ecclesia: *Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Sinistram Dei, prosperitatem videlicet vitæ præsentis, quasi sub capite posuit, quam intentione summi amoris premit. Dextera verò Dei eam amplectitur; quia sub æterna ejus beatitudine tota devotione continetur. Hinc rursus per Salomonem dicitur: *Longitudo dierum in dextera ejus, in sinistra verò illius divitiæ & gloria.* Divitiæ itaque & gloria qualiter sint habenda docuit, quæ posita in sinistra memoravit. Hinc Psalmista ait: *Salvum me fac dextera tua.* Neque enim ait manu, sed dextera: ut videlicet cùm dexteram diceret, quia æternam salutem quæreret, indicaret. Hinc rursus scriptum est: *Dextera manus tua Domine confregit inimicos.* Hostes enim Dei etsi in sinistra ejus proficiunt, dextera franguntur: quia plerumque pravos vita præsens elevat, sed adventus æternæ beatitudinis damnat.

Admonendi sunt qui in hoc mundo prosperantur, ut solerter considerent, quia præsentis vitæ prosperitas aliquando idcirco datur ut ad meliorem vitam provoco aliquando verò ut in æternum pleniùs damnat. Hinc est enim quòd plebs Israëlita

Secundæ
res ad me-
liorem vi-
tam nos
provo-
cant.

(a) Excusi, nos interim. Adhæremus Trec, Bely. Corb Laud. & duobus pibribus Carn. Tertius habet, nos interius.

liticæ Chanaan terra promittitur, ut quandoque ad æterna speranda provocetur. Neque enim rudis ille populus promissionibus Dei in longinquum crederet, si à promissore suo non etiam è vicino aliquid percepisset. Ut ergo ad æternorum fidem certius roboretur, nequaquam solummodo spe ad res, sed rebus quoque ad spem trahitur. Quod liquidò Psalmista testatur, dicens: *Dedit eis regiones gentium, & labores populorum possederunt: ut custodiant justificationes ejus, & legem ejus requirant.* Sed cum largientem Deum humana mens boni operis (a) responsione non sequitur, unde nutrita piè creditur, inde justius damnatur. Hinc enim per Psalmistam rursus dicitur: *Dejecisti eos, dum alleverantur.* Quia videlicet reprobi cum recta opera divinis muneribus non rependunt, cum totos se hinc deserunt, & affluentibus prosperitatibus dimittunt, unde exterius proficiunt, inde ab intimis cadunt. Hinc est quòd in inferno cruciato diviti dicitur: *Recepisti bona in vita tua.* Idcirco enim bona hinc recepit & malus, ut illic pleniùs mala reciperet, quia hinc fuerat nec per bona conversus.

Dei beneficio adversa contingunt. At contra admonendi sunt, qui ea quidem quæ mundi sunt concupiscunt, sed tamen adversitatis labore fatigantur, ut sollicita consideratione perpendant, Creator

(a) Visum est editoribus ponere, *repenfatione* pro *responsione*, quod legitur in omnibus mss. nostris.

(a) *Idem*

tor (a) dispositorque cunctorum quantâ super eos gratiâ vigilat, quos in sua desideria non relaxat. Ægro quippe quem medicus desperat, concedit ut cuncta quæ concupiscit, accipiat. Nam qui sanari posse creditur, à multis quæ appetit prohibetur: & pueris nummos subtrahimus, quibus tota simul patrimonia heredibus reservamus. Hinc ergo de spe æternæ hereditatis gaudium sumant, quos adversitas vitæ temporalis humiliat: quia nisi salvandos in perpetuum cerneret, erudiendos sub disciplinæ regimine divina dispensatio non frenaret. Admonendi itaque sunt qui in his quæ temporaliter concupiscunt, adversitatis labore fatigantur, ut sollicitè considerent quòd plerumque etiam justos cum temporalis potentia sustollit, velut in laqueo culpa comprehendit. Nam sicut in 1. parte c. 3. priori hujus voluminis parte jam diximus, David Deo amabilis rector fuit in servitio, quàm cum pervenit ad regnum. Servus 1. Reg. 24. 18. namque amore justitiæ, deprehensum adversarium ferire timuit: rex autem persuasione luxuriæ devotum militem etiam sub studio fraudis extinxit. Quis ergo opes, 2. Reg. 11. 17. quis potestatem, quis gloriam quærat innoxie, si & illi extiterunt noxia, qui hæc habuit non quæsitâ? Quis inter hæc sine magni discriminis labore salvabitur, si ille in his culpa interveniente turbatus est, qui ad hæc fuerat Deo eligente præparatus? Admonendi sunt ut considerent, quia Salomon

(a) Iidem ed. mutarunt, *dispositor* (sic habent mss. omnes) in, *dispensator*.

lomon qui post tantam sapientiam usque ad idololatriam cecidisse describitur, nihil in hoc mundo priusquam caderet, adversitatis habuisse memoratur: sed concessa sapientia funditus cor deseruit, quod nulla vel minima tribulationis disciplina custodivit.

CAPUT XXVII.

Quomodo admonendi conjugati, & cælibes.

*Adm. 28.
AL. C. LI.
Aliter ad-
monendi
conjugio
alligati,
quàm cæ-
libes.*

ALiter admonendi sunt conjugis obligati, atque aliter à conjugii nexibus liberi. Admonendi namque sunt conjugis obligati, ut cum vicissim quæ sunt alterius cogitant, sic eorum quisque placere studeat conjugi, ut non displiceat Conditori: sic ea quæ hujus mundi sunt agant, ut tamen appetere quæ Dei sunt non omitant: sic de bonis presentibus gaudeant, ut tamen sollicita intentione mala æterna pertimescant; sic de malis temporalibus lugeant, ut tamen consolatione integra spem in bonis perennibus figant: quatenus dum in transitu cognoscunt esse quod agunt, (a) in mansione quod appetunt; nec mala mundi cor frangant, cum spes bonorum cælestium roborat; nec bona presentis vitæ decipiant, cum suspecta subsequentiis iudicii mala contristant. Itaque animus Christianorum conjugum & infirmus & fidelis, qui & plenè cuncta temporalia despicere non valet, & tamen æternis se conjunge-

(a) Removimus hinc *sciunt*, ab editoribus frustra additum, ipsius etiam sensus damno.

(a) Laud.

jungere per desiderium valet; quamvis in delectatione carnis interim jaceat, supernæ spei refectioe convalescat. Et si habet quæ mundi sunt in usu itineris, speret quæ Dei sunt in fructu perventionis: nec totum se ad hoc quod agit conferat, ne ab eo quod robustè sperare debuit, funditus cadat. Quod bene ac breviter Paulus exprimit, dicens: *Qui habent uxores, tamquam non habentes sint: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes.*

Uxorem quippe quasi non habendo habet, qui sic per illam carnali consolatione utitur, ut tamen numquam ad prava opera à melioris intentionis rectitudine ejus amore flectatur.

Uxorem quasi non habendo habet, qui transitoria esse cuncta conspiciens, curam carnis ex necessitate tolerat, sed æterna gaudia (a) spiritus ex desiderio expectat. Non flendo autem flere, est sic exteriora adversa plangere, ut tamen noverit æternæ spei consolatione gaudere. Et rursus, non gaudento gaudere, est sic de infimis animum attollere, ut tamen numquam desinat summa formidare.

Conjuges curam carnis ex necessitate tolerant; æternis ex desiderio intendant.

Ubi aptè quoque paulò post subdit, *Præterit enim figura hujus mundi.* Ac si apertè diceret: Nolite constanter mundum diligere, quando & ipse non potest, quem diligitis, stare. In casum cor quasi manentes figitis, dum fugit ipse quem amatis.

Ibid. v. 1.

Admo.

(a) Laud. ex desiderio spiritus.

Ad patientiam sunt cohortandi. Admonendi sunt conjuges, ut ea in quibus sibi aliquando displicent, & patientes invicem tolerant, & exhortantes invicem salvent: Scriptum namque est: *Invicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Lex quippe Christi, caritas est: (a) quia ex illo nobis & largiter sua bona contulit, & æquanimitè mala nostra portavit. Tunc ergo legem Christi (b) imitando complemus, quando & nostra bona benignè conferimus, & nostrorum mala piè sustinemus. Admonendi quoque sunt, ut eorum quisque non tam quæ ab altero tolerat, quàm quæ ab ipso tolerantur attendat. Si enim sua quæ portantur considerat, ea quæ ab altero sustinet, leviùs portat.

Jura conjugii quando transcenduntur. Admonendi sunt conjuges, ut suscipiendæ proli se meminerint causâ conjunctos, & cum immoderatæ admixtionis servientes, propagationis articulum in usum transferunt voluptatis, perpendant quòd licèt extra non exeant, in ipso tamen conjugio conjugii jura transcendunt. Unde necesse est, ut crebris (c) exorationibus deleant quòd pulchram copulæ speciem admixtis voluptatibus sædant. Hinc est enim quòd peritus medicinæ cælestis Apostolus non tam sanos instituit, quàm infirmis medicamenta mon-

(a) Sic restituimus ad mss. omnium fidem, cum priùs in editis legeretur, *quia ille nobis.*

(b) Carn. primus, *meditando.*

(c) Ita Trèc. Laud. Gemet. & alii. In excussis, *crebris exhortationibus*, repugnante sensu.

(a) Hic

monstravit, dicens: *De quibus scripsistis mihi: Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisque suam habeat uxorem, & unaquæque suum virum habeat.* I. Cor. 7. v. I. &c.

Qui enim fornicationis metum præmisit, profectò non stantibus præceptum contulit; sed ne fortasse in terram ruerent, lectum cadentibus ostendit. Unde adhuc infirmantibus subdidit: *Uxori vir debitum reddat, similiter & uxor viro.* Quibus dum in magna honestate conjugii aliquid de voluptate largiretur, adjunxit: *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.* Apostoli indulgentia non tam sanis quàm infirmis concessa. Ibidem

Culpa quippe esse innuitur, quod indulgeri perhibetur; sed quæ tanto citius relaxetur, quanto non per hanc illicitum quid agitur, sed hoc quod est licitum, sub moderamine non tenetur. Quod bene Loth in semetipso exprimit, qui ardentem Sodomam fugit; sed tamen Segor inveni- Gen. 19. 30.

ens, nequaquam mox montana conscendit. Ardentem quippe Sodomam fugere, est illicita carnis incendia declinare. Altitudo verò montium, est munditia continentium. Vel certè quasi in monte sunt qui etiam carnali copulæ inhærent, sed tamen extra suscipiendæ prolis admixtionem debitam, nulla carnis voluptate solvuntur. Solum suscipiendæ prolis gratia, concessa copula.

(a) In monte quippe stare est, nisi fructum pro-

(a) Hic laborat sensus in editis ubi legitur, in monte quippe stare quid est, nisi fructum propaginis in carne non querere? Quod pugnat contra superiora: In monte sunt qui etiam carnali copulæ inhærent, sed tamen extra suscipiendæ prolis admixtionem debitam, nulla carnis voluptate solvuntur. Expressimus præter-

propaginis in carne non querere. In monte stare, est carni carnaliter non adhærere. Sed quia multi sunt, qui scelera quidem carnis deserunt, nec tamen in conjugio positi, usus solummodo debiti jura conservant: exiit quidem Loth Sodomam, sed tamen mox ad montana non pervenit, quia jam damnabilis vita relinquitur, sed adhuc celsitudo conjugalis continentiae (a) subtiliter non tenetur. Est verò in medio Segor civitas, quæ fugientem salvet infir-

Qui eâ in concupiscentiâ re. medium utuntur, venia digni.

Gen. 19.
20.

num: quia videlicet cum sibi per incontinentiam miscentur conjuges, & lapsus scelerum fugiunt, & tamen veniâ salvantur. Quasi parvam quippe civitatem inveniunt in qua ab ignibus defendantur: quia conjugalis hæc vita non quidem in virtutibus mira est, sed tamen à suppliciis secura. Unde idem Loth ad Angelum dicit: *Est civitas hæc juxta, ad quam possum fugere, parva; & salvabor in ea. Numquid non modica est; & vivet anima mea in ea?* Juxta ergo dicitur, & tamen ad salutem tuta perhibetur: quia conjugalis vita nec à mundo longè divisa est, nec tamen à gaudio salutis aliena. Sed

Modò eam assidue exorant.

Ibid. v. 21.

tunc in hac actione vitam suam conjuges quasi in parva civitate custodiunt, quando pro se assiduis deprecationibus intercedunt. Unde & rectè per Angelum ad eumdem Loth dicitur: *Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, ut non subvertam urbem pro qua*

rim mss. Trec. ubi, *nisi fructum non querere*, idem est ac, *nonnisi fructum propaginis in carne querere*.

(a) Laud. primus, Aud. & nonnulli, *sublimiter*. In Trec. & ceteris, *subtiliter*.

(a) Trec.

qua locutus es. Quia videlicet cum deprecatio funditur Deo, nequaquam talis conjugii vita damnatur. De qua deprecatione Paulus quoque admonet, dicens: *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi.* I. Cor. 7. 5.

At contra admonendi sunt qui ligati conjugii non sunt, ut præceptis cælestibus eo rectius serviant, quos eos ad curas mundi nequaquam jugum copulæ carnalis inclinat: ut quos onus licitum conjugii non gravat, nequaquam pondus illicitum terrenæ sollicitudinis premat; sed tanto eos paratior dies ultimus, quanto & expeditiores inveniat: ne quo meliora agere vacantes possunt, sed tamen negligunt, eo supplicia deteriora mereantur. Audiant quòd Apostolus cum quosdam ad cælibatus gratiam instrueret, non conjugium sprevit, sed curas mundi nascentes ex conjugio repulit, dicens: *Hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam: sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento (a) Domino observandi.* Ibid. v. 35.
 Ex conjugii quippe terrenæ sollicitudines prodeunt: & idcirco magister Gentium auditores suos ad meliora persuasit, ne sollicitudine terrena ligarentur. Quem igitur cælibem curarum secularium impedimentum præpedit, & conjugio se nequaquam subdidit, & tamen conjugii onera non evasit. Admonendi sunt cælibes, ne sine
 damna-

(a) Trec. Laud. Val-cl. & très Gemet. *Domino observandi.* Corb. *Dominum observandi,* & secundæ manu, *Dom. obsecrandi.*

(a) Laud,

Fornicationem atrocioribus criminibus Paulus annumerat. *1. Cor. 6. v. 9. & 10. Hebr. 13. 4.* damnationis iudicio misceri se feminis vacantibus putent. Cùm enim Paulus fornicationis vitium tot criminibus execrandis inseruit, cuius sit reatus indicavit, dicens: *Neque fornicatores, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.* Et rursus: *Fornicatores autem & adulteros iudicabit Deus.* Admonendi itaque sunt, ut si tentationum procellas cum difficultate salutis tolerant, conjugii portum petant. Scriptum namque est: *1. Cor. 7. 9. Melius est nubere, quàm uri.* Sine culpa scilicet ad conjugium veniunt, si tamen necdum meliora voverunt. Nam quisquis bonum majus subire proposuit, bonum minus quod licuit, illicitum fecit. Scriptum quippe est: *Nemo mittens manum suam (a) ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cælorum.* Qui igitur fortiori studio intendebat, retro convincitur respicere, si relictis amplioribus bonis ad minima retorquetur.

CAPUT XXVIII.

Quomodo admonendi peccata carnis experti, & eorum expertes.

Adm. 29. AL C. LII. **A**Liter admonendi sunt peccatorum carnis conscii, atque aliter ignari. Admonendi namque sunt peccata carnis experti, ut mare saltem post naufragium metuant, & *Quibus monitis indigeant peccato-* perdi-

(a) Laud. Theodor. & Val. cl. *super. aratrum.*

perditionis suæ discrimina vel cognita per-
horrescant: ne qui piè post perpetrata ma-
la servati sunt, hæc improbè repetendo
morian- tur. Unde peccanti animæ & num-
quam à peccato desinenti dicitur: *Frons* Jer. 3. 3.
*mulieris meretricis facta est tibi, noluisti eru-
bescere.* Admonendi itaque sunt, ut stu-
deant, quatenus si accepta naturæ bona
integra servare noluerunt, saltem scissa re-
sarciant. Quibus nimirum necesse est ut
perpendant, in tam magno fidelium nume-
ro quàm multi & se illibatos custodiant,
& alios ab errore convertant. Quid ergo
isti dicturi sunt, si aliis in integritate stan-
tibus, ipsi nec post damna respiscunt.
Quid dicturi sunt, si cùm multi & alios se-
cum deferunt ad regnum, hi expectanti Do-
mino nec semetipsos reducant? Admonen-
di sunt, ut præterita commissa considerent,
& imminetia devitent. Unde sub Judææ
specie per Prophetam Dominus corruptis
in hoc mundo mentibus transactas ad me-
moriam culpas revocat, quatenus pollui in
futuris erubescant, dicens: *Fornicatee sunt* Ezech. 23.
in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt:
ibi subacta sunt ubera earum, & fractæ sunt
mammæ pubertatis earum. In Ægypto quip-
pe ubera subiguntur, cùm turpi hujus mun-
di desiderio humanæ mentis voluntas sub-
sternitur. In Ægypto pubertatis mammæ
franguntur, quando naturales sensus ad-
huc in semetipsis integri, pulsantis concu-
piscentiæ corruptione vitiantur.

Admonendi sunt peccata carnis experti, Mira Dei
ut vigilantia cura conspiciant, post delicta erga pec-
nobis

catores
 misericor-
 dia, pœni-
 tentiæ est
 incenti-
 vum.
 Jer. 3. 1.

nobis ad se redeuntibus Deus quantâ bene-
 volentiâ sinum suæ pietatis expandat, cum
 per Prophetam dicat: *Si dimiserit vir uxo-*
rem suam, & illa recedens duxerit virum alium,
numquid revertetur ad eam ultra? Numquid non
polluta & contaminata erit mulier illa? Tu au-
tem fornicata es cum amatoribus multis, tamen
revertere ad me, dicit Dominus. Ecce de for-
 nicantè & relicta muliere argumentum ju-
 stitiæ proponitur, & tamen nobis post lap-
 sum redeuntibus non justitia, sed pietas
 exhibetur. Ut hinc utique colligamus,
 si nobis delinquentibus tanta pietate parci-
 tur, à nobis nec post delictum redeuntibus
 quanta improbitate peccatur: aut quæ ab
 illo erit super improbos venia, qui non
 cessât vocare post culpam. Quæ nimirum
 bene per Prophetam post delictum miseri-
 cordia vocationis exprimitur, cum averso
 homini dicitur: *Et erunt oculi tui videntes*
præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum
post tergum monentis. Humanum quippe ge-
 nus Dominus in faciem monuit, quando
 in paradiso condito homini atque in libero
 arbitrio stanti, quid facere, quidve non
 facere deberet, indixit. Sed homo in
 Dei faciem terga dedit, cum superbiens
 ejus jussâ contempsit. Nec tamen superbien-
 tem Deus deseruit, qui ad revocandum
 hominem Legem dedit, (a) exhortantes
 Angelos misit, in carne nostræ mortalita-
 tis ipse apparuit. Ergo post tergum stans
 nos admonuit, qui ad recuperationem nos
 gratiæ

(a) Gemet, primus, exhortatus.

gratiæ etiam contemptus vocavit. Quod igitur generaliter simul potuit dici de cunctis, hoc necesse est specialiter sentiri de singulis. Quasi enim coram Deo positus quisque verba monitionis ejus percipit, cum priusquam peccata perpetret, voluntatis ejus præcepta cognoscit. Adhuc enim ante faciem ejus stare, est necdum eum peccando contemnere. Cum verò derelicto bono innocentia, iniquitatem eligens appetit, jam terga in ejus faciem mittit. Sed ecce adhuc & post tergum Deus subsequens monet, qui etiam post culpam ad se redire persuadet. Aversum revocat, commissa non respicit, revertenti sinum pietatis expandit. Vocem ergo post tergum monentis audimus, si ad invitantem nos Dominum saltem post peccata revertimur. Debemus igitur pietatem vocantis erubescere, si justitiam nolumus formidare: quia tanto graviore improbitate contemnitur, quanto & contemptus adhuc vocare non dedignatur.

At contra admonendi sunt peccata carnis ignorantes, ut tanto sollicitius præcipientem ruinam metuant, quanto altius stant. Admonendi sunt, ut noverint, quia quo magis loco prominenti consistunt, eo crebrioribus sagittis insidiatoris impetuntur. Qui tanto ardentius solet erigi, quanto robustius se conspiciit vinci: tantoque intolerabilius dedignatur vinci, quanto contra se videt per integra infirmæ carnis castra pugnari. Admonendi sunt, ut incessanter præmia suscipiant, & libenter pro-

Quomodo admonendi sunt, carnis peccata non experti. In alto stantes, casum metuant. Promissa castè viventibus.

culdubio tentationum quas tolerant labores calcabunt. Si enim attendatur felicitas quæ sine transitu attingitur, leve fit quod transeundo laboratur. Audiant quod

Isai. 56. v. per Prophetam dicitur: *Hæc dicit Dominus*
4. & 5. eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ volui, & fœdus meum tenuerint: dabo eis in domo mea & in muris meis locum

& nomen melius à filiis & filiabus. Eunuchi quippe sunt, qui compressis motibus carnis, affectum in se pravi operis abscidunt. Quo autem apud Patrem loco habeantur, ostenditur; quia in domo Patris videlicet æterna mansione etiam filiis præferuntur. Audiant quod per Johannem

Apoc. 14. 4. dicitur: *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt, & sequuntur Agnum quocumque ierit.* Et quodd canticum

cantant, quod nemo potest dicere, nisi illa centum quadraginta quatuor millia. Singulariter quippe canticum Agno cantare, est cum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus etiam de incorruptione carnis gaudere. Quod tamen electi ceteri canticum audire possunt, licet dicere nequeant: quia per caritatem quidem in illorum celsitudine læti sunt, quamvis ad eorum præmia non assurgant. Audiant peccatorum carnis ignari quod per semetipsam de hac in-

Matth. 19. 11. tegritate Veritas dicit: *Non omnes capiunt verbum hoc.* Quod eo innotuit summum, quo denegavit omnium: & dum prædicit quia difficilè capitur, audientibus innuit, (a) captum cum qua cautela teneatur.

Ad-

(a) Corb. caprum.

(a) Car-

Admonendi sunt itaque peccata carnis ignorantibus, ut & præminere virginitatem in conjugio sciunt, & tamen se super conjuges non extollant: quatenus dum & virginitatem præferunt, & se postponunt; & illud non deserant quod melius esse æstiment, & se custodiant (a) quo se inaniter non exaltant. Admonendi sunt ut confiderent, quòd plerumque actione secularium vita continentium confunditur, cum & illi ultra habitum assumunt opera, & isti juxta ordinem proprium non excitant corda. Unde bene per Prophetam dicitur:

Erubescite Sidon, ait mare. Quasi enim per vocem maris ad verecundiam Sidon adducitur, quando per comparisonem vitæ

secularium atque in hoc mundo fluctuantium, ejus qui munitus & quasi stabilis cernitur, vita reprobatur. Sæpe enim nonnulli ad Dominum post carnis peccata redeuntes, tanto se ardentius in bonis operibus exhibent, quanto damnabiliores se de malis vident. Et sæpe quidam in carnis integritate perdurantes, cum minus se respiciunt habere quod defleant, plenè sibi sufficere vitæ suæ innocentiam putant, atque ad fervorem spiritus nullis se ardoris stimulis inflammant. Et fit plerumque

Deo gratior amore ardens vita post culpam, quàm securitate torpens innocentia. Unde & voce judicis dicitur: *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Et: *Gaudium erit in cælo super uno peccatore pœnitente,*

ma- Luc. 7. 47.

Luc. 15.

10.

(a) Carnot. primus, quos mannet.

magis quam super nonagintanovem justis, quibus non opus est penitentia. Quod citius ex ipso usu colligimus, si nostræ mentis judicia pensamus. Plus namque terram diligimus quæ post spinas exarata fructus uberes producit, quàm quæ nullas spinas habuit, sed tamen exulta sterilem fegetem gignit. Admonendi sunt peccata carnis ignorantes, ne superioris ordinis celsitudine se ceteris præferant, cùm ab inferioribus quanta se melius agantur ignorant. In examine namque recti iudicis mutat (a) merita ordinum, qualitas actionum. Quis enim consideratis ipsis rerum imaginibus nesciat, quòd in natura gemmarum carbunculus præferatur hyacintho? Sed tamen cærulei coloris hyacinthus præfertur pallenti carbunculo: quia & illi quod naturæ ordo subtrahit, species decoris adjungit; & hunc quem naturalis ordo prætulerat, coloris qualitas fœdat. Sic ergo in humano genere & quidam in meliori ordine deteriores sunt, & quidam in deteriori meliores: quia & isti sortem extremi habitus bene vivendo transcendunt, & illi superioris loci meritum moribus (b) non exequendo diminuunt.

CAPUT XXIX.

Quomodo admonendi qui peccata operum lugent, & qui solum cogitationum.

*Adm. 30.
AL. c. LIII.
Mala opera lugen-*

Alter admonendi sunt qui peccata deplorant operum, atque aliter qui cogitatio-

(a) Idem, *merita cordium.*

(b) Idem cod. *non sequendo.*

(a) Laud.

gitationum. Admonendi quippe sunt qui tibus quid peccata deplorant operum, ut consummata mala perfecta diluant lamenta, ne plusdandum. astringantur in debito perpetrati operis, (a) & minùs solvant fletibus satisfactionis. Scriptum quippe est: *Potum dedit nobis in lacrymis in mensura*; ut videlicet uniuscujusque mens tantum pœnitendo compunctionis suæ bibat lacrymas, quantum se à Deo meminit aruisse per culpas. Admonendi sunt, ut incessanter admissa ante oculos reducant, atque vivendo agant, ut à districto judice videri non debeant. Unde David (b) cùm peteret, dicens: *Averte oculos tuos à peccatis meis*; paulò superiùs intulit: *Delictum meum (c) coram me est semper*. Ac si diceret: Peccatum meum ne respicias postulo, quia hoc respicere ipse non cesso. Unde & per Prophetam Dominus dicit: *Et peccatorum tuorum memor non ero, tu autem memor esto*. Admonendi sunt, ut gula quæque admissa considerent, & dum per unumquodque erroris sui inquinatorem deslent, simul se ac totos lacrymis mundent. Unde bene per Jeremiam dicitur, cùm Judææ singula delicta pensarentur: *Divisiones aquarum deduxit oculus meus*. Divisas quippe ex oculis aquas deducimus, quando peccatis singulis dispersitas lacrymas damus. Neque enim uno eodemque tempore æque mens de omnibus dolet:

(a) Laud. *si minùs solv.*
 (b) Corb. Carnot. Belv. *cùm pœniteret*. Sequimur cum editis Trec. Norm. &c.
 (c) Corb. *contra me*.

let: sed dum nunc hujus, nunc illius culpæ memoria acriter tangitur, simul de omnibus in singulis commota purgatur.

Sic de spe Admonendi sunt, ut de misericordia fiduciam quam postulant, præsumant: ne vi immoderata afflictionis intereant. Neque enim habeant quam postulant, præsumant: ne vi immoderata afflictionis intereant. Neque enim pœnitentes, ut securitate non torpescant. eni quod à suo iudicio abscondere voluit, quos miserando præveniens sibimetipsis iudices fecit. Hinc enim scriptum est: *Præveniamus faciem Domini in confessione.* Hinc **Pf. 94. 2.** per Paulum dicitur: *Si nosmetipsos dijudicaremus, non utique iudicaremur.* Rursumque admonendi sunt, ut sic de spe fiduciam habeant, ne tamen incauta securitate torpescant. Plerumque enim hostis callidus mentem quam peccato supplantat, cum de ruina sua afflictam (a) respicit, securitatis pestiferæ blanditiis seducit. Quod figuratè exprimitur, cum factum Dinæ memoratur. **Gen. 34. v. 1. 2. & 3.** Scriptum quippe est: *Egressa est Dina ut videret mulieres regionis illius: quam cum vidisset Sichem filius Hemor Hevæi, princeps terræ illius, adamavit eam, & rapuit, & dormivit cum illa, vi opprimens virginem: & conglutinata est anima ejus cum ea, tristemque blanditiis delinivit.* Dina quippe ut mulieres videat extraneæ regionis, egreditur, quando unaquæque mens sua studia negligens, actiones alienas curans, extra habitum atque

Dina typus est animæ torpentis, diaboli artibus decepta.

(a) Bely. Corb. & primus Carnot. reperit.

(a) Vul.

que extra ordinem proprium vagatur. Quam Sichem princeps terræ opprimit; quia videlicet inventam in curis exterioribus diabolus corrumpit. *Et conglutinata* Gen. 34.v. *est anima ejus cum ea*; quia unitam sibi per 3. iniquitatem respicit. Et quia cum mens à culpa resipiscit, (a) addicitur, atque admissum flere conatur: corruptor autem spes ac securitates vacuas ante oculos revocat, quatenus utilitatem tristitiæ subtrahat, rectè illic adjungitur: *Tristemque blanditiis delinivit* Modò enim aliorum facta graviora, modò nil esse quod perpetratum est, modò misericordem Deum loquitur, modò adhuc tempus subsequens ad pœnitentiam pollicetur: ut dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione pœnitentiæ suspendatur: quatenus tunc bona nulla percipiat, quam nunc mala nulla contristant; & tunc plenius obruatur suppliciis, quæ nunc etiam (b) gaudet in delictis.

Ibidem

At contra admonendi sunt qui peccata De quibus cogitationum desent, ut sollicitè confiterentur intra mentis arcana utrum delectatione tantummodo, an etiam consensu delectatione liquerint. Plerumque enim (c) tentatur tatione cor, & ex carnis nequitia delectatur, & sola peccarunt. tamen

(a) Vulgata, mss. contradicentes, ad se ducitur. Familiaris est nostro Gregorio vox ista, addicitur, de qua jam lib. 2. Moral. num. 15. Vide etiam lib. 9. num. 32. & lib. 22. num. 22. 23.

(b) Bellov. prima manu, gaudet in deliciis.

(c) Ita mss. vel, tentatum cor. In Guffan v. tentatu cor.

Advertant
utrum de-
lectatione
vel con-
sensu de-
liquerint.

tamen eidem nequitiae ex ratione renititur, ut in secreto cogitationis & contristet quod libet, & libeat quod contristat. Nonnumquam verò ita mens baratro tentationis absorbetur, ut nullatenus renitatur, sed ex deliberatione sequitur hoc, unde ex delectatione pulsatur: & si facultas exterior suppetat, rerum mox effectibus interiora vota consummat. Quod videlicet si justa animadversio districti iudicis respicit, non est jam cogitationis culpa, sed operis: quia etsi rerum tarditas foras peccatum distulit, intus hoc consensionis opere voluntas implevit.

Tres cul-
parum
modi.

In primo autem parente didicimus, quia tribus modis omnis culpae nequitiam perpetramus, suggestione scilicet, delectatione, & consensu. Primum itaque per hostem, secundum verò per carnem, tertium per spiritum perpetratur. Insidiator enim (a) prava suggerit, caro se delectationi subjicit, atque ad extremum spiritus victus delectatione consentit. Unde (b) & ille serpens prava suggestit, Eva autem quasi caro se delectationi subdidit, Adam verò velut spiritus suggestionem ac delectationem superatus assensit. Suggestionem itaque peccatum agnoscimus, delectatione vincimur, consensu etiam ligamur. Admonendi sunt igitur qui nequitias cogitationis desunt, ut sollicitè considerent in
qua

(a) Carnot. primus, cum prava suggerit.

(b) Trec. duo priores Carnot. duo priores Gemet. & Bellov. per correctionem, & illic serpens.

(a) Laud.

qua peccati mensura ceciderunt, quatenus juxta ruinæ modum quam in semetipsis introrsus sentiunt etiam mensura lamentationis erigantur: ne si cogitata mala minus cruciant, usque ad perpetranda opera perducant. Sed inter hæc ita terrendi sunt, ut tamen minimè frangantur. Sæpe enim misericors Deus eo citiùs peccata cordis abluit, quo hæc exire ad opera non permittit: & cogitata nequitia quanto citiùs solvitur, quia effectu operis districtiùs non ligatur. Unde rectè per Psalmistam dicitur: *Dixi, pronuntiabo adversum me injustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei.* Qui enim impietatem cordis subdidit, quia cogitationum injustitias pronuntiare vellet indicavit. Dumque ait: *Dixi, pronuntiabo,* atque illico adjunxit, *Et tu remisisti;* quàm fit super hæc facilis venia ostendit. Qui dum se adhuc petere promittit, hoc (a) quod petere se promittebat, obtinuit: quatenus quia usque ad opus non venerat culpa, usque ad cruciatum non perveniret pœnitentia; sed cogitata afflictio mentem tergeret, quam nimirum tantummodo (b) cogitata iniquitas inquinasset.

Peccati modum adæquet modus pœnitentiæ.

Pf. 31. 5.

CAPUT

(a) Laud. Val-cl. tertius Gemet. & tertius Car. not. hoc quod peteret, pœnitendo obrinuit.

(b) Duo priores Gemet. agitata.



CAPUT XXX.

*Quomodo admonendi qui à peccatis quæ
deserunt, non abstinent; & qui cum absti-
neant, non deserunt.*

Adm. 31. **A**Liter admonendi sunt qui admissa plangunt, nec tamen deserunt: atque aliter qui deserunt, nec tamen plangunt. Admonendi sunt enim qui admissa plangunt, nec tamen deserunt; ut considerare sollicitè sciant quia flendo inaniter se mendant, qui vivendo se nequiter inquinant, cum idcirco se lacrymis lavant, ut mundi ad sortes redeant. Hinc enim scriptum est: *Canis reversus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti.* Canis quippe cum vomit, profectò cibum qui pectus deprimebat, projicit: sed cum ad vomitum revertitur, unde levigatus fuerat, rursus oneratur. Et qui admissa plangunt, profectò nequitiam, de qua malè fatiati fuerant, & quæ mentis intima deprimebat, confitendo projiciunt, quam post confessionem dum repetunt, resumunt. Sus verò in volutabro luti cum lavatur, sordidior reditur. Et qui admissa plangit, nec tamen deserit, pænæ (a) gravioris culpæ se subjicit; quia & ipsam quam flendo potuit impetrare veniam contemnit, & quasi in lutosâ aqua semetipsum volvit, quia dum fletibus suis vitæ munditiam subtrahit, ante Dei oculos sordidas ipsas etiam lacrymas facit.

Al c. LIV.
De pœn. dist. 3. c.
Qui admissa plangunt.
Aliter admonendi qui peccata plangunt, nec deserunt, quàm qui deserunt, nec plangunt.
Prov. 26.
11.
2. Petr. 2.
22.
Sine emendatione inanis est pœnitentia.
Eadem dist. c. 14.
Qui admissa plangit.

(a) Bellov. & secundus Carn. tanto graviori culpæ
- - quanto & ipsam.

facit. Hinc rursus scriptum est: *Ne iteres* Eccli. 7. 15.
verbum in oratione tua. Verbum namque in
 oratione iterare, est post fletum committere
 quod rursus necesse sit flere. Hinc
 per Isaiam dicitur: *Lavamini, mundi estote.* Isai 1. 16.
 Post lavacrum enim mundus esse negligit,
 quisquis post lacrymas vitæ innocentiam Eadem
 non custodit. Et lavantur ergo & nequaquam diff. c. 15.
 mundi sunt, qui commissa flere non Lavamini.
 desinunt, sed rursus flenda committunt.
 Hinc per quemdam sapientem dicitur: (a)
Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, Eccli. 35.
quid proficit lavatio ejus? Baptizatur quippe 30.
 à mortuo, qui mundatur fletibus à peccato: Eadem
 sed post baptismum mortuum tangit, qui diff. c. 16.
 culpam post lacrymas repetit. Baptizatur.

Admonendi sunt qui admissa plangunt,
 nec tamen deserunt, ut ante districti judi-
 cis oculos eis se esse similes agnoscant, qui
 venientes ad faciem quorundam hominum,
 magna eis submissione blandiuntur; rece-
 dentes autem, inimicitias ac damna quæ
 valent, atrociter inferunt. Quid est enim
 culpam flere, nisi humilitatem Deo suæ
 devotionis ostendere? Et quid est post fle-
 tum prava agere, nisi superbas in eum quem
 rogaverat, inimicitias exercere? Jacobo
 attestante qui ait: *Quicumque voluerit amicus* Jac. 4. 4.
esse sæculi hujus, inimicus Dei constituitur. Ad- Ut justi
 monendi sunt qui admissa plangunt, nec sæpe in-
 tamen deserunt, ut sollicitè considerent, noxie ten-
 quia tantur,

(a) Ad hunc locum in cod. Trecensi annotatur
 in margine: *Apud Salomonem.* Quod probat Sa-
 lomoni tunc adscriptum fuisse Ecclesiastici librum.
 (a) Car-

ita mali quia ita plerumque mali inutiliter compun-
 sæpe ina- guntur ad justitiam, sicut plerumque boni
 niter com- innoxie tentantur ad culpam. Fit quippe
 pungun- mira exigentibus meritis dispositionis inter-
 tur, tur. nae mensura, ut & illi dum de bono aliquid
 agunt, quod tamen non perficiunt, super-
 be inter ipsa quæ etiam plenissime perpe-
 trant mala confidunt: & isti dum de malo
 tentantur, cui nequaquam consentiunt,
 quo per infirmitatem titubant, eo gressus
 cordis ad justitiam per humilitatem
 verius figant. Balaam quippe justorum
 tabernacula respiciens, ait: *Moriatur ani-
 ma mea morte justorum, & fiant novissima
 mea horum similia.* Sed cum compun-
 ctionis tempus abscessit, contra eorum vi-
 tam, quibus se similem fieri etiam morien-
 do poposcerat, consilium præbuit: & cum
 occasionem de avaritia reperit, illico obli-
 tus est quidquid sibi de innocentia opta-
 vit. Hinc verò doctor & prædicator Gen-
 tium Paulus, ait: *Video aliam legem in mem-
 bris meis; repugnantem legi mentis meæ, & cap-
 tivum me ducentem in lege peccati, quæ est in
 membris meis.* Qui profectò idcirco tenta-
 tur, ut in bono robustius ex ipsa infirmi-
 tatis suæ (a) cognitione solidetur. Quid
 est ergo quòd ille compungitur, & tamen
 justitiæ non appropinquat; iste tentatur,
 & tamen eum culpa non inquinat: nisi hoc
 quòd aperte ostenditur, quòd nec malos
 bona imperfecta adjuvant, nec bonos ma-
 la inconsummata condemnant?

At

(a) Carnot. primus, *cogitatione.*

(a) Idem

At contra admonendi sunt qui admissa deserunt, nec tamen plangunt; ne jam relaxatas æstiment culpas, quas etsi agendo non multiplicant, nullis tamen fletibus mundant. Neque enim scriptor, si à scriptione cessaverit, quia alia non addidit, etiam illa quæ scripserat delevit: nec qui contumelias irrogat, si solummodò tacuerit, satisfecit, cum profectò necesse sit ut verba præmissæ superbæ verbis subjectæ humilitatis impugnet: nec debitor absolutus est quia alia non multiplicat, nisi & illa quæ ligaverat, solvat. Ita & cum Deo delinquimus, nequaquam satisfacimus si ab iniquitate cessamus, nisi voluptates quoque quas dileximus, è contrario appositis lamentis insequamur. Si enim nulla nos in hac vita operum culpa maculasset, nequaquam nobis hîc adhuc degentibus ipsa ad securitatem innocentia nostra sufficeret; quia illicita animum multa pulsarent. Qua ergo mente securus est, qui perpetratis iniquitatibus ipse sibi testis est quia innocens non est?

Quibus
monitis
excitandi,
qui peccata
quæ de-
ferunt non
plangunt.

Neque enim Deus nostris cruciatibus pascitur, sed delictorum (a) morbos medicamentis contrariis medetur: ut qui voluptatibus delectati discessimus, fletibus amaricati redeamus: & qui per illicita defluendo cecidimus, etiam à licitis nosmetipsos restringendo, surgamus: & cor quod insana lætitia infuderat, salubris tristitia exurat:

Vitia op-
positis
medica-
mentis
curanda.

(a) Idem cod. *morbis*

(a) Omit-

exurat: & quod vulneraverat elatio superbia, curet abjectio humilis vitæ. Hinc enim scriptum est: *Dixi iniquis, Nolite iniquè agere: & delinquentibus, Nolite exaltare cornu.* Cornu quippe delinquentes exaltant, si nequaquam se ad pœnitentiam ex cognitione suæ iniquitatis humiliant. Hinc rur-

Pf. 50. 19. *Cor contritum & humiliatum Deus non spernit.* Quisquis enim peccata plangit, nec tamen deserit, cor quidem conterit, sed humiliare contemnit. Qui verò peccata jam deserit, nec tamen plangit, jam quidem humiliat, sed tamen cor conterere recusat. Hinc Paulus ait: *Et*

1. Cor. 6. 11. *hec quidem fuistis; (a) sed abluti estis, sed sanctificati estis.* Quia nimirum illos emendatior vita sanctificat, quos per pœnitentiam abluens afflictio fletuum mundat. Hinc Petrus cùm quosdam territos malorum suorum consideratione conspiceret, admonuit,

Act. 2. 38. *dicens: Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum.* Dicturus enim baptisma, præmisit pœnitentiæ lamenta: ut prius se aquâ suæ afflictionis infunderent, & postmodum sacramento baptismatis lavarent.

Petrus Baptismo pœnitentiam præmittendam credidit. Qua igitur mente qui transactas culpas flere negligunt, vivunt securi de venia, quando ipse summus Pastor Ecclesiæ huic etiam Sacramento addendam pœnitentiam credit, quod peccata principaliter extinguit?

CAPUT

(a) Omittitur in Guss. *sed abluti estis.*